

1 Traduci (prop. con verbi di accadimento e dichiarative).

- 1 Dicuntur etiam ab nonnullis sententiae, ut legati ad Caesarem mittantur.

- 2 Fit ut Piso in provincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus sit.

- 3 Cicero effecerat, ut Q. Curius consilia Catilinae ei proderet.

- 4 Mos antiquis Romanis erat ut armis non minus quam pace et labore magnam rem publicam facerent.

- 5 Nemini nostrum licuit more maiorum ut amisso patrimonio liberum corpus haberet.

- 6 Q. Marcius respondit ut ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur.

- 7 Nam saepe in civitate fit ut ii, quibus opes nullae sunt, bonis invideant, malos extollant, vetera oderint, nova exoptent.

- 8 Secutum est ut Cethegus Ciceronis ianuam obsideret eumque vi aggrederetur.

2 Traduci (prop. volitive).

- 1 Imperatum est summa tribunorum plebis contentione, ut in senatu recitarentur Caesaris mandata.

- 2 Militibus non potest persuaderi, ut Pompeium defendant aut sequantur.

- 3 Rogo vos ut vel imperatore vel milite me utimini.

- 4 Postulavere plerique, ut proponeret quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent.

- 5 Postquam omnium animos alacres videt, cohortatus, ut petitionem suam curae haberent, conventum dimisit.

- 6 Ipse cum telo esse, item alios iubere, hortari ut semper intenti paratique essent.

- 7 Senatus decrevit, (ut) darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet.

- 8 Praeterea Senatus decernit, ut consules dilectum habeant, Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet, Cicero urbi praesidio sit.

